BENEDICTIO SACERDOTALIUM INDUMENTORUM

℣. Adjutórum nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum pontificália, et sacerdotália, seu levítica vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem et decórem nóminis tui fieri decrevísti: adésto propítius invocatiónibus nostris: ut hæc induménta sacerdotália, désuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictióne per nostræ humilitátis servítium puri✠ficáre, bene✠dícere, et conse✠cráre dignéris: ut divínis cúltibus et sacris mystériis apta et benedícta exsístant: his quoque sacris véstibus Pontífices, et Sacerdótes, seu Levítæ tui indúti, ab ómnibus impulsiónibus, seu tentatiónibus malignórum spiríttuum muníti et defénsi esse mereántur: tuísque mystériis apte et condígne servíre et inhærére, atque in his tibi plácite et devote perseveráre tríbue. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

Deus, invíctæ virtútis triumphátor, et ómnium rerum creátor ac sanctificátor: inténde propítius preces nostras; et hæc induménta levíticæ, sacerdotális, et pontificális glóriæ, minístris tuis fruénda, tuo ore próprio bene✠dícere, sancti✠ficáre, et conse✠cráre dignéris: omnésque eis uténtes, tuis mystériis aptos, et tibi in eis devote ac laudabíliter serviéntes, gratos effícere dignéris. Per Christum, Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Бл҃гословє́нїе сщ҃е́нническихъ ѡ҆де́ждъ

Їер. По́мощь на́ша во и҆́мѧ гд҃а.
Ѿ. Сотво́ршагѡ не́бо и҆ зе́млю.
Їер. Гд҃ь съ ва́ми.
Ѿ. И҆ со дꙋ́хомъ твои́мъ.

Помо́лимсѧ. Мл҃тва

Всемогі́й вѣ́чный бж҃е, и҆́же мѡѷсе́ѡмъ рабо́мъ твои́мъ а҆рхїере́йскїѧ, ї҆ере́йскїѧ же и҆ леви́тскїѧ ри́зы, да и҆спо́лнѧтъ слꙋже́нїе предъ тобо́ю, въ че́сть и҆ лѣ́потꙋ и҆́мене твоегѡ̀ ᲂу҆гото́вити ᲂу҆ста́вилъ є҆сѝ, бли́зъ бꙋ́ди ми́лостивнѡ призыва́нїемъ на́шимъ, да сї̑ѧ ри́зы ї҆ере́йскїѧ, надъ ни́ми и҆злїѧ́въ благода́ть твою̀, ѕѣ́льнымъ благослове́нїемъ слꙋ́жбою на́шегѡ смире́нїѧ ѡ҆чи́с✠тити, благо✠слови́ти и҆ ѡ҆свѧ✠ти́ти бл҃говолѝ, да бꙋ́дꙋтъ бж҃е́ственнымъ чинѡ́мъ и҆ ст҃ы́мъ та́йнамъ прикла́дны и҆ бл҃гослове́ны: си́ми же ст҃ы́ми ри́зами а҆рхїере́и, ї҆ере́и же и҆ леви́ты ѡ҆дѣ́ѧни, ѿ всѧ́кагѡ наси́лїѧ же и҆ напа́сти ѕлы́хъ дꙋхѡ́въ ѡ҆гражде́ни и҆ защище́ни бы́ти да сподо́бѧтсѧ, и҆ пода́ждь, да твои́мъ та́йнамъ прикла́днѡ и҆ досто́йнѡ порабо́таютъ и҆ прилѣ́пѧтсѧ, и҆ въ тѣ́хъ тебѣ̀ ᲂу҆го́днѡ и҆ ᲂу҆миле́ннѡ пребꙋ́дꙋтъ. Хрⷭ҇то́мъ гд҃емъ на́шимъ. Ѿ. А҆ми́нь.

Помо́лимсѧ. Мл҃тва

Бж҃е, непобори́мыѧ си́лы побѣди́телю, и҆ всѣ́хъ веще́й созда́телю и҆ свѧти́телю, вонмѝ ми́лостивнѡ моле́нїѧмъ на́шимъ, и҆ сї̑ѧ ри́зы леви́тскїѧ, ї҆ере́йскїѧ и҆ а҆рхїере́йскїѧ сла́вы, ꙗ҆̀же слꙋжи́телїе твоѧ̑ ᲂу҆потреби́ти и҆мѣ́ютъ, твои́ми си ᲂу҆стꙑ̀ благо✠слови́ти, ѡ҆свѧ✠ти́ти, и҆ посвѧ✠ти́ти бл҃говолѝ, и҆ сподо́би, да всѝ ᲂу҆потреблѧ́ющїи ѧ҆̀, бꙋ́дꙋтъ твои́мъ та́йнамъ прикла́дни и҆ тебѣ̀ въ ни́хъ ᲂу҆миле́ннѡ и҆ похва́льнѡ рабо́тающе ᲂу҆го́дни. Хрⷭ҇то́мъ гд҃емъ на́шимъ. Ѿ. А҆ми́нь.

Orémus. Oratio

Dómine Deus omnípotens, qui vestiménta Pontifícibus, Sacerdótibus, et Levítis in usum tabernáculi fœderis necessária, Móysen fámulum tuum ágere jussísti, eúmque spíritu sapiéntiæ ad id peragéndum replevísti: hæc vestiménta in usum et cultum mystérii tui bene✠dícere, sancti✠ficáre, et conse✠craré dignéris: atque minístros altáris tui, qui ea indúerint, septifórmis Spíritus grátia dignánter repléri, atque castitátis stola, beáta fácias cum bonórum fructu óperum ministérii congruéntis immortalitáte vestíri. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. **Amen.**

Et aspergantur aqua benedícta.

Помо́лимсѧ. Мл҃тва

Гдⷭ҇и бж҃е всемогі́й, и҆́же ри́зы а҆рхїере́ѡмъ, і҆ере́ѡмъ же и҆ леви́тѡмъ на слꙋ́жбꙋ ски́нїи завѣ́та потре́бнїи, мѡѷсе́ю рабꙋ̀ твоемꙋ̀ дѣ́лати повелѣ́лъ є҆сѝ, и҆ дх҃а мꙋ́дрости на то̀ дѣ́ланїе и҆спо́лнилъ є҆го̀ є҆сѝ: сїѧ̑ ри́зы въ ᲂу҆потребле́нїе и҆́ слꙋ́жбꙋ та́йнѣ твое́й благо✠слови́ти, ѡ҆свѧ✠ти́ти, и҆ посвѧ✠ти́ти бл҃говолѝ, и҆ пода́ждь, да слꙋжи́телїе ѻ҆лта́рѧ твоегѡ̀, и҆́же въ нѧ̀ ѻ҆блекꙋ́тсѧ седмероѻбра́знагѡ дх҃а благода́тїю досто́йнѡ и҆спо́лнѧтсѧ, и҆ ри́зою чистоты̀, плодо́мъ благи́хъ дѣ́лъ въ подо́бнѣй слꙋ́жбѣ блаже́ннымъ безсме́ртїемъ ѡ҆дѣ́ютсѧ. Гдⷭ҇емъ на́шимъ і҆и҃сомъ хрⷭ҇то́мъ, сн҃омъ твои́мъ, и҆́же съ тобо́ю живе́тъ и҆ ца́рствꙋетъ въ є҆ди́нствѣ тогѡ́жде дх҃а ст҃а́гѡ бг҃ъ, во всѧ̑ вѣ́ки вѣкѡ́въ. ѿ. А҆ми́нь.

И҆ ѡ҆кропи́тъ ѧ҆̀ водо́ю благослове́нною.